


Capitulum XXII

Cavē Canem!




Lēctiō I




Ecce iānua vīllae Iūliī.




Iānua vīllae duās forēs habet.




Quot forēs habet iānua?




Una foris duōs cardinēs habet.




Quot cardinēs habet foris?




Quot cardinēs habet iānua?




Sub foribus est līmen.




Quid scrīptum est in līmine?



Foris in cardinibus vertitur.



Ubi vertitur foris?



Cum forēs in cardinibus vertuntur...



Cum forēs in cardinibus vertuntur... iānua aperītur!



Aut iānua rūrsus clauditur!




Estne iānua aperta an clausa?




Estne iānua aperta an clausa?




Ubi vertitur foris?




Quid est sub foribus?




Servus quī forēs aperit et claudit
ōstiārius vel iānitor appellātur.



Officium iānitōris est forēs aperīre et claudere.



Cuius officium est forēs aperīre et claudere?



Iānitor intrā forēs cum cane suō sedet.




Herī, Mārcus et Quīntus extrā forēs
patrem suum expectābant.



Estne iānitor extrā aut intrā iānuam?



Ubi sedet iānitor?



Ubi sedent Mārcus et Quīntus?



Quōcum intrā iānuam iānitor sedet?



Quis vigilat, canis an iānitor?



Canis iānitōris ferōx est!



Estne bonus canis iānitōris?



Canis iānitōris prope tam ferus quam lupus est!



Estne bonus canis iānitōris?



Quia canis ferōx est, necesse est canem catēnā vincīre.



catēna
-ae f



Catēna ex ferrō facta est.

catēna
-ae f



Gladiī quoque ex ferrō factī sunt.



Catēna cōnstat ē multīs ānulīs ferreīs.



Multī ānulī ferreī inter sē coniunctī est catēna.



catēna
-ae f

Hic anulus non ferreus, sed aureus est.



Ānulus aureus nōn ex ferrō, sed ex aurō factus
est.



Ē quā māteriā facta est catēna?





catēna
-ae f


Ē quā māteriā factus est ānulus aureus?



Forēs ē lignō, sed cardinēs ex ferrō factī sunt.



Quid dūrius est, lignum aut ferrum?




lignum
-ī n



catēna
-ae f

Quae māteria dūrior est, lignum aut ferrum?



Quae māteria dūrior est, aurum aut ferrum?



Quī ānulus pulchrior est, ānulus aureus aut ferreus?




Iānua clausa est. Quid facit iānitor?



Extrā iānuam est tabellārius.



Officium tabellāriī est epistulās ferre.



Quis extrā iānuam est?



Quid facit tabellārius?



Nōmen tabellāriī est Tlēpolemus.



Nōmen tabellāriī est difficile dictū.



“difficile dictū” = nōn facile dīcere



Num nōmen tabellāriī est facile dictū?



Quid est nōmen tabellāriī?



Estne Tlēpolemus facile dictū?



Tlēpolemus Iūliō epistulam fert.



Cuī Tlēpolemus epistulam fert?



Quid Tlēpolemus Iūliō fert?



Tlēpolemus forem ligneam baculō suō pulsat.



Quō forem pulsat Tlēpolemus?



Tabellarius quoque clāmat:

Heus! Tū, iānitor!
Aperī hanc iānuam!

ZZZZZZZZ!!



Tabellarius quoque clāmat:

Ego veniō
epistulam portātum!

ZZZZZZZZ!!



Et iterum magnā vōce clāmat:

Ego nōn veniō
vīllam oppugnātum!

ZZZZZZZZ!!



venīre vīllam oppugnātum = quia vīllam oppugnare vult

Ego nōn veniō
vīllam oppugnātum!

ZZZZZZZZ!!



Tabellārius *nōn* vult vīllam oppugnāre.

Ego nōn veniō
vīllam oppugnātum!

ZZZZZZZZ!!



Num tabellārius venit vīllam *oppugnātum*?

Ego nōn veniō
vīllam oppugnātum!

ZZZZZZZZ!!



Cūr venit tabellārius?

Ego veniō
epistulam portātum!

ZZZZZZZZ!!



Cūr nōn venit tabellārius?

Ego nōn veniō
vīllam oppugnātum!


ZZZZZZZZ!!



**Tabellārius iterum et iterum clāmat, sed iānitor nōn
bene audit quod forēs intersunt.**

Heus!! Aperī
ianuam!

Quid??!?



Vōx tabellāriī est difficile audītū!

Heus!! Aperī
ianuam!


Quid??!?



“difficile audītū” = “nōn bene audītur”

Heus!! Aperī
ianuam!

Quid??!?



Num vōx tabellāriī est facile audītū?

Heus!! Aperī
ianuam!


Quid??!?




Lēctiō II



Iānitor forēs aperit.



Iānitor forēs aperit et Tlēpolemum videt.



Canis irātus est!



Estne bonus canis?



Canis dentēs ostendit!



Estne bonus canis?



Quid ostendit canis?



Canis fremit!!

RRrrrrr!!!!



Estne bonus canis?



Canis qui fremit “Rrr” dicit.

RRrrrrr!!!!



Fremuntne ovēs?



Minimē! Ovēs bālant!


Bā! Bā!



Num avis fremit?



Minimē! Avis canit aut pīpiat.



Nōnne lupus fremit?



Lupus ululat sed quoque fremere potest!




Quid facit canis?



Sed canis iānitōris catēnā retinētur.



Quis catēnā retinētur?



Quōmodo retinētur canis?



Iānitor Tlēpolemum monet.




Cavē!
Canis tē mordēbit!

Tabellārius solum intrā līmen aspicit.

Ego legere
sciō!

Cavē!
Canis tē mordēbit!



In solō est imāgō canis.



solum = pavimentum




Infrā imāginem canis “CAVE CANEM” scrīptum est.



Quem iānitor monet?

Ego legere
sciō!


Cavē!
Canis tē mordēbit!



Cūr iānitor tabellārium monet?

Ego legere
sciō!

Cavē!



Quid in solō est?



Quid sub imāgine scrīptum est?



Canis salit!




Estne bonus canis?




Quis salit?




Canis salit et catēnam rumpit!



Quid rumpit canis?



**Canis salit, catēnam rumpit et tabellārium
terret!**



Tabellārius perterritus est!




Canis ferox tabellārium terret!




Terrēre = perterritum facere



Quis catēnam rumpit?



Cūr canis Tlēpolemum terret?



Tlēpolemus ex ὄstiō cēdere nōn potest.



cēdere = īre




Tlēpolemus ex ὀstiō cēdere nōn potest,
quia canis pallium eius dentibus tenet!



Pallium est vestis quae super tunicam geritur.



Qui color est pallium Tlēpolemī?



Quid gerit Tlēpolemus suprā tunicam?



Cūr Tlēpolemus ex ὄstiō cēdere nōn potest?



Tlēpolemus nec prōcēdere nec recēdere potest.



prōcēdere ← → recēdere



Canis pallium Tlēpolemī dentibus mordet!



Quid mordet canis?



Canis mordet et pallium dentibus prehendit!

Ei!!! Canis mē mordet!!



Tabellārius dīcit canem sē mordēre!

Ei!!! Canis mē mordet!!



Canis in pedēs posteriōrēs surgit!



Canis pedēs priōrēs in pectore tabellāriī ponit!



In quōs pedēs surgit canis?



Quōs pedēs in pectore tabellāriī ponit canis?



